

Cap. LXXV. De solucione baruariorum domini
potestatis. R.ca.

O rdinamus quod quando baruarii domini potestatis ibunt
ad capiendum aliquam personam pro debito alicuius, vel
5 ad inignorandum aliquam personam pro debito alicuius in
civitate Tergesti, quod ipsi habere debeant comuniter inter
ipsos duos sold. par. pro suo labore, et si ibunt causa predicta
extra civitatem Tergesti, quod eisdem solvatur pro suo labore
in discreptione iudicum civitatis Tergesti prout melius vide-
10 bitur condecens.

Cap. LXXVI. De hospitibus ubi furmentum ac-
cipere debeant.

S tatuimus quod quilibet oспes civitatis Tergesti debeat et
teneatur emere et accipere, pro fatiando panem pro usu
15 domus sue et sue familie et eius hospitum, de furmento fon-
techi comunis, et aliud formentum emere vel accipere non
possit, nec alia persona pro eo, sub pena decem libr. par. pro
quolibet et vice qualibet contrafacta. ¶ Et dominium Tergesti
teneatur facere inquire si panem vel aliud furmentum ha-
20 berent vel tenerent seu reciperent quam de furmento dicti fon-
techi, sub pena predicta, et panem ipsorum facere bullari a
fonte- // chario comunis, quem panem ipse fontecarius bulare 112B
teneatur cum fuerit requisitus, nec dicti hospites alium panem
bulatum dicta bulla tenere seu vendere debeant in eorum do-
25 mibus vel extra, sub pena centum sold. par. pro quolibet ipso-
rum contrafatiente.

Cap. LXXVII. De panico[cul]lis et earum sacra-
mento. Et de prohibitis vendere panem.
R.ca.

30 I urabunt panicocule comunis artem suam legaliter exercere
et panem legaliter facere choquere et saxonare bona fide
secundum pessam eis per iustitios comunis assignatam, et